

**R. P. Vincentii Brvni, Societatis Iesv, Meditationes, De  
Præcipvis Mysteriis Vitæ & Passionis D. N. Iesv Christi**

Cum Veteris Testamenti Figuris, & Prophetijs, varijsque Documentis ex  
quoque Euangelio depromptis, Nunc ex Italico in Latinum translata

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniae Agr., 1599**

**VD16 ZV 2606**

2. Quomodo B. Virgo visitarit S. Elisabeth.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59868](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59868)

TA  
eo vo-  
genter  
ionem  
i diffi-  
udine,  
te de-  
iū, sed  
ferre,  
Domi  
nn.  
hi sc-  
ver-  
e Vir-  
iano,  
re vo-  
signi  
igni-  
avo  
spro  
di-  
oce.  
e si-  
ver  
imē  
bat

CHRISTI. PARS I. 21  
credebat re ipsa in se complendum, quic-  
quid verbis Angeli erat expressum.  
9. B. Virgo sermone Angeli turbata ni-  
bil respondit, sed secum omnia expendit.  
Vnde discimus, cum in nobis perturbatio  
aliqua, vel commotio animi exurget, de-  
bere nos tacere, & expendere quid con-  
ueniat, ne quid loquamur, vel agamus  
cuius nos deinceps paeniteat.

QVOMODO

B. VIRGO  
VISITARIT ELI-  
SABETH.  
MEDITATIO II.  
EVANGELIVM.

X V R G E N S. MARIA *Luc.1.*  
**E** in diebus illis abiit in  
montana cum festina-  
tione, in ciuitatem Iu-  
da: Et intravit in domum Zacha-  
riæ, & salutauit Elisabeth. Et factū  
est, ut audiuit salutationem Marie  
Elisabeth, exultauit infans in vtero  
eius

22 MEDITAT. DEVITA  
eius : & repleta est Spiritu sancto  
Elisabeth, & exclamauit voce ma-  
gna, & dixit : Benedicta tu inter-  
mulieres, & benedictus fructus vé-  
tris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat  
mater Domini mei ad me ? Ecce-  
nim vt facta est vox salutationis  
tuæ in auribus meis, exultauit præ-  
gaudio infans in utero meo. Et bea-  
ta, quæ credidisti, quoniam perfis-  
cientur ea, quæ dicta sunt tibi à Do-  
mino. Et ait MARIA. Magnificat a-  
nima mea Dominum, & exultauit  
spiritus meus in Deo salutari meo.  
Mansit autem MARIA cum illa

Judith. 13. quasi mensibus tribus.

#### FIGVRAE.

IUDITH in Bethulia cū capite Ho-  
lofernisi reuersa, & magno triūpho  
à toto populo recepta, dixit Ozias  
princeps populi Israhel. Benedicta  
es tu filia à Domino Deo excel-  
so præ omnib. mulierib. super  
terram.

1. Reg. 2.

ANNA steriliis mater Samuelis, cū  
filium à Deo impetrasset, adorans Do-  
minum.

ITA  
u sancto  
oce ma-  
u inter-  
ctus vē-  
veniat  
Eccee-  
ationis  
uit præ-  
Et bea-  
perfi-  
à Do-  
ficat a-  
ltauit  
/ meo.  
n illa

CHRISTI. PARS I. <sup>27</sup>  
minum dixit. Exultauit cor meū  
in Domino, & exaltatum est  
cornu meum in Deo meo.

PROPHETIÆ.

*Psal. 34.*

1. *A nim a mea exultabit in Domi-  
no, & delectabitur super saluta  
ris suo.*
2. *Dominus ab utero vocauit me.* *Esa. 49.*
3. *Ante quam exires de vulva sanctifi-  
cauite, & Prophetā in gentibus dedi te.* *Hier. 1.*

CONSIDERATIONES.

XVRGENS MARIA abiit in mōta. *Punct. I.*

**E**na. Profsus cōueniens erat, vt exur-  
geret illa, quæ erat plena Deo, & in vte-  
ro suo cōceperat filiū altissimi; hoc est,  
vt conuersatio eius nō esset amplius in-  
terra, sed in cælis, vt mentem attolleret  
ad contemplanda cælestia, & præstāda  
opera diuina. Exurrexit quoque M A-  
RIA, quoad dignitatem suæ personæ,  
quia ex sterili facta est fœcunda, sic vt si-  
mul esset Virgo & Mater. Priuilegium  
singulare, nulli hominum vnquam cō-  
cessum, & verò neq; concedēdū, nisi il-  
lī, quæ electa erat in matrē Dei; Deniq;  
exurrexit MARIA, quia ex humili an-  
cilla facta est æterni Patris filia, vnige-  
niti filij eius mater, & Spiritus sancti  
spōsa. ABILIT quoq; MARIA in mō ana

*Quid*

24 MEDITAT. DE VITA

Psal. 89.  
Esa. 8.  
Gen. 49.

Quid hæc montana aliud significant,  
quā montes sanctos Israël, mōtes incli-  
lifluos, montes aromatū, Patriarcharū,  
Prophetarum, A postolorū, omnium  
que aliorum Sanctorū veteris & noua  
legis; denique colles æternos Sanctorū  
Angelorum, supra quos omnes con-  
scendit Maria, & gratiæ abundantia,  
prærogatiuarum excellentia, virtutum  
omnium perfectione antecessit. Immo  
B. Virgo, mater Dei fuit mons ille altissimus  
Domus Domini, de quo dicit  
propheta, agēs de aduentu Saluatoris.  
*ERIT, in nouissimis diebus præparatus*  
*mōs domus Domini in vertice montiū:*  
Verum hic perpende, virginem simul  
ascendere & descendere, nam simulat-  
que animaduertit se factam Dei ma-  
trem, se fecit cognatæ suæ ancillam.  
Quo exemplo summæ humilitatis, pa-  
lam demonstrauit se veram esse matrē  
eius, qui existens in forma Dei, Deo-  
que secundum naturam equalis semet  
ipsum exinaniuit, & ad seruendum  
homini, formam serui accepit.

Phil. 2.

2. MARIA itaque postquam in se  
concepisset verbum æternum, ad visi-  
tandam Elisabeth abiit, non quod esset  
incredula, vel dubitaret de verbis ange-  
li, sed ut gaudij de tāto beneficio à Deo  
accepto

ITA  
gnificant,  
otes incl-  
iarcharū,  
omnium-  
& noua  
Sanctorū  
nes con-  
dantia,  
irtutum  
it. Immo  
ille altis-  
uo dicit  
uatoris.  
paratus  
montiū:  
m simul  
imulat-  
Dei ma-  
ncillam.  
tatis, pa-  
e matrē  
ei, Deo-  
s semet  
ndum  
m in se  
d visi-  
d esset  
sange-  
à Deo  
cepto

CHRISTI. PARS I. 25

accepto participem faceret, deinde ut  
operam ei suam in partu præstaret. Vbi  
considera magnum eius feruorem, &  
caritatem, quando illam, quæ alioquin  
sola intra domunculæ suæ secretum vi-  
uere consuērat, nec etas tenella, nec na-  
turalis virginum verecundia, nec mon-  
tium asperitas, nec itineris longitudo,  
potuerint retardare, quo minus prodi-  
ret in publicum, & officium caritatis  
tantæ exequeretur. Perpende item pro-  
fundam eius humilitatem; quod, cum  
esset euecta ad tam sublimem dignita-  
tis gradum, ut esset Mater Dei, ac pro-  
inde dignissima esset, quæ visitare-  
tur, & cui seruiretur ab omnibus gen-  
tibus, non verita est, se humiliare & ab-  
iijcere ad præstanda officia ea, quæ in-  
feriores superioribus, ancillæ Domini-  
nis præstant. Quare meritò de ea dici-  
tur. Quod per virginitatem suam Deo  
placuerit; per magnam verò humilita-  
tem suam mater Dei facta sit.

3. CONSIDERA deinde, quem-  
admodum Mater Dei, iter tam aspe-  
rum & difficile confecerit, non eques,  
sed pedes in comitatu aliquot paupe-  
rum virginum, sibi familiarium. Co-  
mitabatur eam verecundia, humilitas  
paupertas cum cætera virtute. Comi-  
taba -

B

taba -

26 MEDITAT. DE VITA

tabatur quoque eam ipse virtutum minus, & tota regia spirituum castum curia, quæ continenter in cælo famulatur. Mira erat modestia in ictu oculi in terram deiecti, mens in ictu lum erecta, tota in seipsa collecta, in tota extra se abrepta; neq; enim era se, quæ tota defixa hærebat in illo, q; intus continebat in se.

4. O anima mea, si eo tempore xisses, tibi quæ fortuna contigisset ocurrendi B. Virginis, quando cum felinatione per montes decurrebat, indecatum quæ fuisset, virginem illam specie externa tam abiectam & pauperem esse matrem Dei, Dominam Angelorum, Reginam cæli & terræ, Deumq; ipsum, mundi conditorem & gubernatorem, in forma minimi infantuli ei vtero conclusum, quanto stupore metis attonitus & lætitia exultans elata vice beatā eā proclamasses, & abiectus terrā, cum magno dulcedinis sensu deuotis lachrymis, abeuntem secutes, & vestigia factorum eius pedum lambisses.

5. CONSIDERA, quomodo post ingressum D. Virginis in domum Zachariæ, mox atq; vox salutationis eius peruenit ad aures Elisabeth, ad ipsum in-

VITA  
virtutum  
ituum cæ  
ter in cælo  
stia in in  
mens in  
ollecta, in  
enim erat  
in illo, q  
tempore  
antigisso  
cum fel  
bat, in  
illam sp  
paupero  
n Angel  
Deumq  
& gubern  
intuli ei  
spore me  
s elata v  
bit etus  
is sensu  
n securu  
as pedur  
odo pol  
num Za  
onis eius  
d ipsum  
in

CHRISTI PARS I. 27

infantulum visceribus inclusum pene  
trarit, eumque sanctificabit & comple  
bit Spiritu sancto. Vnde Ioannes ad do  
mini presentiam, rationis vsu diuina  
virtute in eo accelerato, praegaudio in  
vtero exultauit, quodque lingua & vo  
ce non poterat, id effecit motu, vel sal  
tu corporis, atq; si tunc egredi ex vtero  
vellet, & obuiā ire aduenienti Christo.  
Perpende, vt existens adhuc in vtero  
matris incipiat vaticinari, & cum exult  
tatione annunciare aduentum Saluato  
ris, atq; è visceribus maternis acclama  
re, & dicere. *Ecce agnus Dei, ecce qui tol* *Ioan.* *lit peccata mundi.* O Propheta altissimi.  
Bene apparet, quantum fuerit tibi de  
siderium annunciandi aduentum Sal  
uatoris, ante faciem eius eundi, & digi  
to eum toti mundo demonstrandi. Et  
enim nequid natus, incipis praedicare  
& nondum conspecta luce, das testimo  
nium de vera luce, & conclusus ac vin  
ctus adhuc in vtero, incipis currere & ex  
ercere officium præcursoris. O si iam fu  
isses natus, & tuis oculis eum confi  
gere, ac manib. attingere potuisses, quan  
to maior fuisset tua exultatio, quanto  
effusiore lætitia abiisses ad eum recipi  
endum & adorandum?

6. IOANNES impletus Spiritu san  
cto,

B. 2. 8to.

28 MEDITAT. DE VITA

et, impleuit & matrem, quæ, vbi dñ  
na reuelatione cognouit eam, quæ si  
tabat, esse matrem Saluatoris mundi  
incredibili lætitia perfusa B. Virginio

currit, ruit in amplexus, & præ gaud  
exclamat, dicens: Benedicta tu intern  
lieres, & benedictus fructus ventris

qui tam copiosa benedictione suæ de  
cedinis te preuenit. Benedicta arbor,  
benedictus fructus, benedicta virga de  
dice lessæ, benedictus flos ex tali radice  
productus. O quam verè prædixit M  
aria se beatam ab omnibus generation  
bus dicendam, cum Gabriel in perso  
omnium angelorum, & Elisabetha  
persona totius generis humani, ea  
prædicent inter omnes mulieres ben  
dicta & beatæ. Et vnde ego merui, sibi  
iungit Elisabeth, ut mater Domini in  
veniat ad me? atq; si dicat, ego potius  
ut pote serua & ancilla tua, debebā ven  
ire ad te. Sed humilitas tua, & Filius tu  
impulerunt te; ut venires ad me, & ho  
humili caritatis officio præuenires.

7. O homo miser & peccator, erige  
in pedes: ne despera; si tanta enim es  
Mariæ humilitas & caritas, ut non de  
dignetur se conferre ad iniuriam E  
lisabeth tanto inferiorem, cique seru  
endum: non dedignabitur quoque ve  
nire a  
venie  
ventu  
nostr  
Beati  
nam  
inuen  
Dom  
g.  
RIA  
suatu  
rit, q  
bonu  
& lib  
in co  
nefici  
tias e  
diuin  
coerc  
tis, in  
illud  
NIFI  
dicer  
ficas  
me:  
nū, à  
nus c  
nes a  
tat, a  
lutar

*Psal. 20.  
Ezæ. II.*

E VITA  
quæ, vbi dis-  
cam, quæ fa-  
toris mundi  
B. Virginio  
& præ gaud-  
a tu intern  
s ventris tu  
one suæ de-  
icta arbor,  
a virga de-  
x tali rad-  
rædixit M  
generation  
el in perso-  
Elisabetha  
nani, eas  
lieres ben-  
merui, sub  
Domini in  
rgo potius  
ebebā ver  
Filius tu  
me, & ho-  
enires.  
or, erige  
a enim  
t non de-  
rendam E  
ue serui-  
oque ve  
nire

### CHRISTI. PARS I. 29

nire ad te solandum & iuuandum: nec  
veniet vacua: nam desert secum fructū  
ventris sui Iesum Salvatorem, & vitam  
nostram. Beati, qui visitantur à Maria.  
Beati, qui occurunt venienti Mariæ.  
nam uti scriptum est. *Qui inuenierit eā, Prou. 8,*  
*inueniet vitam, & hauriet salutem à*  
*Domino.*

8. CONSIDERA, quanto MARIA virgo, auditio ab Elisabeth laudū  
suarum præconio, rubore suffusa fue-  
rit, quomodo se deiecerit, quomodo  
bonum omne suum Domini bonitati  
& liberalitati attribuerit. Quām intimè  
in corde suo exultarit, & pro tanto be-  
neficio sibi & toti mundo prestito gra-  
tias egerit. Deniq; quomodo cùm ignē  
diuinū in corde suo reconditū amplius  
coercere non posset, oculis in celū subla-  
tis, insigni animi submissione mirabile  
illud Canticum pronunciarit. *MAG-  
NIFICAT anima mea Dominū. quasi*  
diceret. O Elisabeth tu quidem magni-  
ficas mē propter bona, quæ cernis in  
me: at anima mea magnificat Domi-  
nū, à quo est omne bonū, mihi haec-  
tus collatū. Similiter infantulus Ioan-  
nes ad meam præsentia lētatur & exul-  
tat, at Spiritus meus exultat in Deo sa-  
luti meo. Vbi expende, quo sensu &

B 3 affe-

30 MEDITAT. DE VITA

affectu mentis Sancta virgo huius Cantici verba, ad collaudandum Deum & extollendum, cui sciebat se tot nominibus supra omnes homines obstrictum protulerit. Quantopere exultarit Spiritus eius in Deo, quando videbat se tot cœlestibus donis, tot mirabilibus priuilegijs dotatam & ornatam. Et denique quantas gratias, pro tantis, & tam eximijs beneficijs ab eo receptis, rependerit. O fœlix, ô beata Virgo, quid, queso, sentiebas in corde, cum dices. *VIA*  
*fecit mihi magna qui potens est? Quæ erat illa magna, quæ mirabilia; certè quæ nobis inuestigare non licet, tantum admirari licet, & mente attonita considerare. Tu, in cuius anima & corpore tam magna Deus operatus est, indica quæ sibi nobis, ut tecum vna possimus exultare & Deum collaudare.*

9. Postremo considera quantis simul lætitijis incesserint duæ illæ beatæ Matres, quibus laudib. qua gratiarum actione Deum pro suæ conceptionis beneficio sint prosecutæ. O domum fœlicem, in qua vna vixerunt tales matres nempe Maria & Elisabeth, tali prole secundæ, IESV & Ioanne. O anima mea, vtinam comitari potuisses MARIAM per illos mōtes; vtinam licuisset oculis

*vsur-*

VITA  
huius Can  
n Deum &  
ot nomini  
obstrictum  
tarit Spir  
ebat se tot  
bus priu  
t denique  
tam exi  
repende  
d, queso  
s. QVIA  
? Quæ e

certè que  
tum ad  
onside  
ore tam  
ca quæ  
us exul  
  
s simul  
tæ Ma  
rum a  
nis be  
m foe  
matres  
ole fe  
i mea,  
IAM  
oculis  
ysfur-

CHRISTI. PARS I. 31

vsurpare suaves illos amplexus Virgi  
nis matris, & sterilis Elisabethæ, atque  
inaudire mutua officia salutationis  
officia; non dubito, quin vna cum bea  
tissima Virgine accinuisses sacrum Câ  
ticum. *Magnificat anima mea Domi  
num.* Adiunge te, obsecro, anima mea;  
& si non corpore, saltē spiritu inter  
misce te tantis gaudijs; abijce te ad pe  
des nunc huius, nunc illius, & in vtero  
B. Mariæ, adora sponsum tuum; in ven  
tre vero Elisabethæ venerare eiusdem  
sponsi amicum.

COLLOQVIVM.

**O**Rabis B. Virginem per amorem  
benedicti fructus vētris sui, & per  
caritatem, qua ad visendam cognatam  
suam Elisabeth, eiisque ministrandum,  
impulsa est, vt te spiritualis suæ visitatio  
nis dignetur facere participem, simu  
lique exultationis Spiritus quam illa sen  
sit, & in illo suo diuino Cantico decla  
rauit: vt contemptis, eius exemplo, hu  
ijs mundi vallibus, & consenso mon  
te Christianæ perfectionis, ipse quoq;  
vna cū illa laudare & magnificare pos  
sis Dominum, ac exultare deinceps nō  
in aliqua hui⁹ sæculi, sed in solo Crea  
tore & Saluatore tuo.

B 4 DO-

32 MEDITAT. DE VITA  
DOCUMENTA.

1. **B**. VIRGO, quātumuis ad summū dignitatis culmen proiecta fuit, ut esset Dei mater, tamē humiliata, & Elizabeth cognata multo se inferri, instar ancilla, seruiuit; ut suo exemplo disserent omnes in sublimi dignitatis gradu constituti, hoc se rem magis dignā honore & laude facere, quo amplius se demittū, ad necessitates subditorū sublesandas, cōuenienter illi dicta sapientis. Quāto magnus es, humiliata in omnibus.

2. Primū Christus visitauit infantulū Ioannē, qua visitatione ille exultauit in utero, & est sanctificatus; ut intelligamus, nihil boni à nobis effici posse; nisi Dominus sua visitationis gratia nos praeveniat. Si verò ab eo praueti, in eius laudib. pradicandis exultem⁹, & sua gratia cooperemur, una cum Ioanne iusti & sancti efficiemur.

3. Si Elisabeth spiritu sancto plena, propter ingrossum Dei matris in domū suā, dixit. Vnde hoc mihi meritum? Nos qui plenissimus peccatis, quid dicemus vel agemus, quando idem Filius Dei dignatur ingredi Sacramentaliter domum spiritualem anima nostræ & quæ humilitate, quo honore, quareuerentia, quæ gratiarum actione, quibus denique operibus

excit-

- A. excipere deberemus tantum hospitem?
- ad summi  
onecta fuc  
humiliavit  
se infern  
so exemplo  
ritatis gra  
digna ho  
lius se de  
sus blesa  
is. Quā  
mnibus.  
nfantulā  
lt auit in  
ntelliga  
nsi Do  
s prae  
landib.  
tia coo  
r sancti  
a, pro  
nū suā,  
os qui  
us vel  
digna  
um spi  
litate,  
atia  
ribus.  
exci
4. B. Virgo, aduertens se laudari, bea  
tāq; predicari ab Elizabeth, dixit: Ma  
gnificat anima mea Dominum nimirū,  
ut doceret nos, quando ob donū aliquod  
diuinitus acceptū, vel propter aliquab  
na opera laudamur, non efferri gloria,  
nec placere nobis, sed omnem laudē trāf  
ferre in auctorem Deum, à quo omnia  
bona & dona profluxerunt.
5. B. Virgo, cū iret visitatum Elisabeth,  
iter cōfecit cum festinatione: at in domo  
cognata commorata est tres menses, ut  
exemplum daret fæminis omnibus, mul  
tum domi parum in plateis harendi.
6. B. Virgo, mox, atq; verbum aeternum  
in ipsam dilapsum est, se in viam dedit,  
celeriter progressa est, & montes supera  
uit. Et nes, si bonorum operum exercitiū  
defugiamus, si negligentes, si tardissimus  
in bono, si affixi maneamus rebus terre  
nis, & non mentem attollamus ad expe  
tendas res celestes, ad perfectionem vir  
tutism; signum est, Deū, gratiamq; eius  
nondum habere sedem in anima nostra.
7. Ut B. Virgo ob beneficia ab eo accepta  
Dominum magnificauit, sic & nos eum  
ob beneficia recepta magnificare debe  
mus, idq; trifariam.

Primo, ea illi attribuendo, & ab eo pro  
fecta agnoscendo.      B s      Se-

34 MEDITAT. DE VITA

Secundo, reddendo pro illis gratias  
debitas.

Tertio, eadem usurpando ad Dein  
tum & gloriam.



QVOMODO  
**DEVS REVE  
LARIT IOSEPH  
VIRGINITATEM B.  
VIRGINIS.**

MEDITATIO II  
EVANGELIVM.

*Mach. x.*

VM esset desponsata  
ter Iesu Maria Ioseph, a  
tequam cōuenirent, in  
uenta est in vtero habé  
de Spíritu S. Ioseph autē vir eius a  
essel iustus, & nollet eam traduce  
re, voluit occulte dimittere eā. He  
autē eo cogitāte, ecce Angelus Do  
mini apparuit in somni ei, dicens  
Ioseph fili Dauid, noli timere acci  
pere Mariā cōiugē tuā; quod enim  
in ea natum est, de Spíritu S. est, pa  
no